



## MONTANUM.

4. TRIFOLIUM, spicis sub-imbricatis sub-tribus, vexillis subulatis emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Linm. Sp. 1037.*

Cum *Trif. incarnato* promiscuè crevit à *l'Esperou & Campestre*. Foliola ferrulata ferè ut in *Trif. rubente*, glabra, ac veluti striata. Flores ex albo flavescentes.

## ALPESTRE.

5. TRIFOLIUM, spicis sub-globosis villosis terminalibus sessilibus, caule erecto, foliis lanceolatis ferrulatis. *Linm. Sp. 1082.*

*Trifolium majus* secundum *Clusii Hist. 2. pag. 245.* album, ut notat *Clusius*.

Habitat in montibus gebennicis, in monte Calcaris; à *Aulas & Campestre*.

Caules pilis albis mollibus incant, nitidi. Folia subtus tenuissimè villosa, cana, ad margines ferè striata, nervis transversim prominulis anostomofantibus. Flores ochroleuci. Capitulum subglobosum.

## Class. SYNGENESIA.

Polygamia æqualis.

## TRAGOPOGON.

## CROCIFOLIUM.

1. TRAGOPOGON, calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris, radicalibus atque pedunculis basi villosis. *Linm. Sp. 1110. Gouan Hort. monsp. 405.*

In pascuis montis *Serane* frequens; mihiq; obvium in apricis propè *Meyruois, Riffec, Campestre*, inter *Laserpitium gallicum, Glob. dlypum*, ac *Cancalides platyc. dancoidemque*. Ibiq; ad altitudinem cubitalem affurgit. Varium caule foliis calycibusque glaberrimis calvescentibus, basi purpureis, calycibus 5-7-phyllis.

## ASPERUM &amp; PICROIDES.

2. TRAGOPOGON. *Linm. Sp. 1110. Gouan Fl. monsp. 343. Hort. monsp. 405.*

NOTA. Non adeò abfimiles plantæ, ut facillè dignoscantur.

*Trogopogon asperum*, siquidem in apricis variat, ut alterius speciei faciem præ se ferat; à qua differt præsertim foliis caulinis apice latioribus, basi angustatis; quæ in *Trag. picroide* magis dilatata atque amplexicaulia dentata, apice latiora. In utroque tamen calyces pilis hispidis aculeati.

*Trogopogon picroides* verò in umbrosis variat, more *Senchorum*, foliis modò integris, modò runcinatis, radicalibus sæpè obovatis integris; caule vix ramoso, humili, ut hinc facillè pro priori habeatur. Diversum manifestè ipsis foliis caulinis basi semper dilatatis.

## SCORZONERA.

## ERIOSPERMA.

1. SCORZONERA, caule basi ramoso villosa multiflora, foliis trunculatis subulatis, feminibus lanatis. Hieracium capillaceo folio. *Baub. prod. 66. Pin. 129. Tournef. 477*; uti videtur ex loco circa *Montpelium* à *Baubinis* designato.

*Trogopogon apulum*, humile hirsutum luteum. [*Col. 234. Tab. 233.* tribuit enim femina lanata. *Mag. Bot. App. 306.*

*Scorzonera humilis lutea hirsuta & hirsuta femine. Moriff. Sect. 7. Tab. 9. Icon commoda.*

An *Scorzonera angustifolia altera. Baub. pin. 275?*

*Hieracium VII. humile. Clusii Hist. CXLI. Sic ex Descriptione.*

In monte *Serane* mihi occurrit. In ruderatis lapidosisque circa *Campestre* repererat *D. de la Pomarede*; ibiq; Annis 1765. 1766. collegi, ac cum *Linneo* communicavi.

Radix perennis crassa, digito auriculari æqualis fermè, fetis pilisque obvallata. Caules ex hac plures, 1-6. hirsuti palmares; alii simplicissimi uniflori; alii ramosi multiflori; ramis alternis unifloris, sæpè tribus. Folia omnia subulata pilosa, vix lineam lata striata nervosa, uncias circiter tres quatuorve longa, acuminata, sed apice truncata ac veluti callo crassiore notata! Radicalia conferta, vaginâ albidâ membranaceâ; caulina etiam pilosa nervoso-striata alterna vix femi-plexicaulia. Pedunculus longus,

læviter

læviter striatus, villosus, paululùm infra calycem tumidus, ibique magis villosus. Calyx ovatus (quò à fequenti differt!) vix uncix trientem longus, glaber. Squamæ magnæ, ovato-acuminatæ, margine membranacæ exalbidæ: inferiores (feu exteriores) minores; interiores duplo longiores funt. Corolla parva lutea, neque extus purpurea. Petala apice quinquentata; intermedio denticulo breviori; dorso petalorum lineis tribus discoloribus percurfo. Semina brevia crassa, deniffimo villo cana! Pappus plu-  
mosus cano-rufus.

NOTA. Non est *Scorzonera graminifolia* Linnæi. Repugnat Descriptio Clariff. *Gmelini* pag. 4. Num. 3. minimè etiam Species fecunda ejusdem, licèt Icon prima atque Descriptio à Specie nostra omninò non abhorreant. Variat enim nostra; montosa etenim saxosaque loca humiliorem rigidiorè hirsutioremque emittunt, cum floribus minoribus, cauleque ramofo statim à basi. Dum è contra campestria pascuaque duplo omnibus partibus majorem, caule simpliciffimo pedali, flore etiam majori, producent, ut observavi in aliis Speciminibus circa *Latourdaignes* lectis, mecum à Clariff. *Varnier*, Medico Parisino, communicatis.

2. SCORZONERA, caule simpliciffimo unifloro tomentoso, foliis subulatis acutis, calycibus cylindri- PINIFOLIA,  
cis, pedunculis calycibusque lanatis, feminibus glabris.

*Tragopogon pinifolium* hispanicum. *Barr.* Ic. 496. Bona.

Olim circa valenam fylvam, & in saxosis circa pagum *Miraval.* Nuper Anno 1770. in declivibus herbidis montis *Setii*, ex adverfo maris ad stagna reperi Junio cum flore ac femine permixtam cum *Tragop. crocifolio*, cui non abfimilis prima fronte.

Radix, pro more congenerum, napiformis simplex. Caulis unicus vix palmaris, densè foliosus tomento albo tectus. Folia confertiffima subulata acuta nervoso-striata, etiam tomentosa ad basin, cæterùm glabra, vix lineam lata, angustiorave, uncias tres ac quatuor longa. Radicalia cæteris longiora, caulem summum (feu florem) attingunt; hinc flos è medio foliorum fasciculo haud rarò emersus apparet. Pedunculus brevis ergo, apice tumidus, lanatus. Corolla duplo major quàm in priore, magnitudine *Scorzoneræ hispanicæ*, sed paulò longior. Calyx cylindricus lanigerus, squamis latiusculis acuminatis; interioribus majoribus uncialibus fermè. Corolla sulphurea; petala apice dilatata, altè quinque-dentata; laminæ subtus amœnè purpureæ, violacæve; unguibus tamen penitus luteo-sulphureis. Semina glabra, non lanata; pappus albus.

NOTA. Hanc ex Descriptione *Linneæana* olim pro varietate *Scorz. angustifoliæ* habui. *Hort. Monsp.* pag. 406. idque ex colore petalorum, ac caulis tomento. Diversiffima quidem ab omnibus, probè consentiente Clariff. *Hallero*, Edit. 2. pag. 6. Num. 11. Neque est *Scorz. angustifolia* *Tabernæm.* Ic. 602. seu *foliis nervosis.* *Bauh. pin.* 275., quæ mihi semper visa est *Scorz. humilis* varietas. *Fl. monsp.* 343. An verò ad nostram amandanda sit *Clusii* Icon? Descriptio satis probaret; petala enim purpurascens tribuit *Clusius*; & ipsius Icon non repugnat (licèt caulis biflorus depingatur). Hinc esset *Scorz. angustifolia subcærulea.* *Bauh. pin.* 275. seu *Scorz. purpurea* *Linneæi.* Sed Icon *Gmelini* atque Descriptio alienam demonstrant (exceptis tomento calycis, & petalorum colore.).

3. SCORZONERA, caule diffuso lanato, foliis hastato-pinnatifidis, caulinis integerrimis linearibus, RESEDIFOLIA,  
calycibus tomentosis.

*Scorzonera* foliis obtusè dentatis, caule prostrato, calycibus apice tomentosis. *Linm.* Sp. 1113.

*Scorzonera* laciniatis foliis lupina. *Barr.* Ic. 800. Pessima.

Prope pagum *St. Martin*, ultra pagum *S. Pauli de Fenouilhede* in arvis copiosè crescit. Circa urbem *Puycerda*, & ad viam, quâ itur ad urbem *Livia*.

Radix perennis. Caulis à radice ramofus, lanatus, ad terram reclinatus, dein ascendens. Folia etiam lanata, pinnatifida, instar *Leont. autumnalis*, laciniis sursum versis, alternis, linearibus integerrimis. Rami alterni breves uniflori, apice tumidi, lanati; floriferi, minimi; fructiferi non rarò calvescentes. Corollæ luteæ. Semina glabra.

NOTA. Variat in horto; caule erectiore, ramofiore, ac omnibus partibus calvescente; foliis imis glabris majoribus, pinnatifido-erofis (facie *Scorz. picroidis*) laciniis aliis minoribus interjectis, aliis longioribus latioribusque, omnibus sursum spectantibus, ut in *Leont. autumnali*. Folia caulina alia angusta linearia integerrima; alia brevia, lata, dentata, amplexicaulia.

## PICRIS.

1. PICRIS, perianthiis laxis, caule piloso, foliis lanceolatis dentato-sinuatis. *Linm.* Sp. 1115. PYRRENAICA.

In pyrenæis circa montem *Laurenti*. Facies omnino picridis *hieracifoliæ*. Radix constat naps plurimis, pro more hypoch. *radiatæ*. Caulis bipedalis erectus, læviter striatus, pilosus apice tantùm ramofus; ramis nudis alternis unifloris sub-corymbosis. Folia ex utraque parte pilis exstantibus hispida; in-

feriora